Cyrilli Hierosol: Epist: ad S. Augu- stin: de mirac: S. Hieron:

f. 173v –

7

Cyrilli Hierosolymit: Episcopi ad S. Au,
,gustinum Epistola de miraculis S. Hiero,
,nymi. Incipit: Venerabili viro episcoporum
eximio". Haec quoque spuria est, ex ea,
dem ratione, quae num: praec: allata est.
In editione memorata legitur p: 431.

[illegible] 1395 [illegible]

Cod. CVII.

Chartac: Fol: Saec: 15. 14.

A 5.14.

1

Nicolai Tybini Viaticus Rhe- toricae.

Nicolai Tybini Viaticus Rhetoricae:
ita titulus; initium est: "Populis gentium
in tenebris ambulantium visa est lux magna."
Fol: 37° legitur: "Explicit Tractatus Tibini
primus," unde concludere licet, id quod
sequitur constituere tractatum ejusdem
operis alterum, qui incipit: "Ad forman,
,dam salutationem"; & infra: "Explicit
Tybinus &c: Si tu scriptoris nomen cognos,
,cere velis, Ma tibi primum, thymedi,
,um asque sit ymum! ergo Mathias; for
tassis Katzpeckh de quo supra codi,
,ce XCIX.

[illegible]

1a – 41b

De Nicolao Tybino, seu Dybino nihil reperi, praeter ea, quae habet Kropff: in Bibl: Mellic: pag 230. ubi ait, Christianum Eibensteiner Mellicensem postea Abbatem sub initium Saec 15. in gymnasio Wiennensi Nicolao Dybino Grammatico, et Rhetore usum fuisse, codicemque Ms: adducit, qui inscribitur: Viaticus dictandi, seu ars epistolas et bene scribendi, ad cujus finem haec verba sunt:
" Explicit viaticus dictandi per Nicolaum
" Dybinum editus.

2

Ejusdem Tract: de Rhythmis.

42a – 48b

Ejusdem Tractatus de Rhythmis. Incipit:
" Arron /: seu Anon ?:/ visi paradisi flore
" rosas capite, has dulcore abs meroremen,
" te prona capite." In fine: " Explicit trac,
" tatus de rithmis, vel rithmorum magis,
" tri Tybini. Explicit iste liber Scriptor
" sit crimine liber." Opusculum istud eruditis plane videtur ignotum. An peculiare sit opus, an pars praecedentis, ignoro.

Seitenstetten, Benediktinerstift, Cod. 107

[Rudolf Kapeller-Maximilian Pampichler]: Codicum Manuscriptorum Bibliothecae Seitenstettensis Tom. I (Cod. 1-200) (handschriftlich) [um 1800], 242.

	3
Huguitionis Regulæ derivationum. 49a–59b	Huguitionis Regulae derivationum in gramatica. In superiori margine legitur: "Bohemiam (Prohemium) super librum Huguicionis." Initium est: "Cum nostri prothoplasti suggestiva praevaricatione." Folio penultimo aliena manu adscripsit: "Iste sexternus hugwicionis solus est inventus in collectione (: seu collocatione) ergo ne amitteretur Ideo est colligatus." Unde jam patet esse fragmentum prolixioris operis, quod integrum exhibebitur infra Cod CXVIII. ubi plura vide.
	4
Isagoge in Jus Canonic: 60a–61b	Isagoge in Jus canonicum. Est brevis instructio de materiis in jure canonico contentis, et quærendis. Incipit: "Nota quicunque vult intelligere, et bene alegare in jure."

Seitenstetten, Benediktinerstift, Cod. 107

[Rudolf Kapeller-Maximilian Pampichler]: Codicum Manuscriptorum Bibliothecae Seitenstettensis Tom. I (Cod. 1-200) (handschriftlich) [um 1800], 243.

5°

Sermones quatuor. 62a–71b

Sermones quatuor. Primus de dedicatio, ne ecclesiae incipit: "Ecce nova facio omnia etc: hic dixit qui sedebat." Secundus de eadem, incipit: "Hodie Salus do, mui etc: hoc dupliciter exponitur." Tertius de dominica 2da Adventus, incipit: "Erunt signa &c: In praecedenti Dominica introducit ecclesia evangelium!" Quartus de eadem, incipit: "Erunt signa &c: Istud verbum est filii dei."

6.

Tractatus Vocabul: Legalium 72a–83b

Tractatus Vocabulorum Legalium, ita titulo. Incipit: "Ex actis" &c: Est explicatio vocum in jure occurrentium, cui annexa est tabula earum alphabetica, utraque ignoti mihi authoris.

Seitenstetten, Benediktinerstift, Cod. 107
[Rudolf Kapeller-Maximilian Pampichler]: Codicum Manuscriptorum Bibliothecae Seitenstettensis Tom. I (Cod. 1-200) (handschriftlich) [um 1800], 244.

7

Index in Huguitionis librum. 84a–107b

Index, seu Registrum in Huguitionis regulas derivationum, de quibus infra Cod. CXVIII. Praecedit brevis instructio de usu hujus indicis; quae incipit: "Rogasti me frater scolarum". In hac praefatione promittitur triplex index, 1mus capitalis; 2dus de derivatis; 3tius de nominalibus; sed tertius deest, et secundus ducitur tantum ad vocabulum: Semipondius.

8

Elenchus librorum. 108a–111b

Elenchus librorum quorundam, tum SS. Patrum, tum aliorum Scriptorum. Ab initio mutilatus est; incipit enim absque omni titulo: "De praeceptis et dispensatione libri iiij." Sunt opera S. Bernardi.

9

Sermones 6 in Cœna Dni. 112b–126b

Sermones in Coena Domini, numero sex. Primus incipit: "Praestitisti eis panem &c: Secundum litteram loquitur de manna." Secundus: "Angelorum esca &c: Restat videre". Tertius: "Memoriam fecit &c: Sacramenti paschalis". Quartus: "Exemplum dedi vobis &c: Conclusio est Evangelii". Quintus: "Probet autem seipsum &c: In his verbis hortatur." Sextus: "Si non lavero &c: Volens Salvator."

Seitenstetten, Benediktinerstift, Cod. 107

[Rudolf Kapeller-Maximilian Pampichler]: Codicum Manuscriptorum Bibliothecae Seitenstettensis Tom. I (Cod. 1-200) (handschriftlich) [um 1800], 245.

10

Sermones 4 de Passione Dni. 126b–137a

Sermones quatuor de Passione Domini. Initium primi est: "Vadam ad montem &c: aliquando invenitur." Secundi: "Christus passus est &c Xto igitur in carne passo." Tertii: "Fasciculus myrrae &c: Verbum est animae suspirantis." Quarti: "Filiae Jerusalem etc: Cui similem aestimabo."

11

Sermones 6 de Spiritu S. 137a–152b

Sermones sex de Spiritu Sancto. Primus inchoatur: "In igne zeli &c: Verba sunt filii." Secundus: "de excelso misit &c: Tria mgn pertinentia." Tertius: "O quam bonus &c: Cum venerit paraclitus." Quartus: "O quam bonus est Domine Spiritus tuus. Bonus inquam operantibus." Quintus: "O quam bonus, et suavis &c: Sic bonus est spiritus sanctus." Sextus: "Fluminis impetus etc: Miro ergo quodam modo." His anonymis Sermonibus annexus est alius pro festo, uti videtur S. Jacobi, qui incipit: "Calicem meum &c: Mater carnalis."

2026-06-09 page 7/9

Seitenstetten, Benediktinerstift, Cod. 107

[Rudolf Kapeller-Maximilian Pampichler]: Codicum Manuscriptorum Bibliothecae Seitenstettensis Tom. I (Cod. 1-200) (handschriftlich) [um 1800], 246.

12.

Bernardi Bottoni Parmens. Repertor: jur: can:

154a–187b

Bernardi Bottoni Parmensis Repertorium juris canonici ordine alphabetico exaratum. Primum vocabulum est: "Abbas. abbas sine licencia superiorum non potest dimittere abaciam." Finitur vocabulo: Yconomus, cui subjungit ipse author: "De residuis istius littere inspicias aliud opus", quod dicitur lumen ad revelationem gentium in fine. Ego quidem Bernhardus ꝑ mēsis in his finem faciam sermonis mei, et siquidem bene, hoc et ipse velim." Explicit repertorium bernhardi. finito libro sit laus, et gloria Xto." &c:

Bernardus Bottonus, a patria vulgo Parmensis, Doctor, et Bononiensis Academiae Praefectus, nec non S. Palatii Apost: Auditor, floruit tempore Innocentii IV Papae circa annum 1240. Confecit apparatum super Decretales Gregorii IX, scripsitque casus super easdem. Sed Repertorii nostri, uti etiam libri qui dicitur: Lumen ad revelationem &c: nullus, quotquot consulere licuit Eruditorum meminit. Freh: Theatr: vir: pag: 870. ubi de Nicol: Bottono. Michael a S. Jos: Bibl: critica T. 1. pag: 487. Fabr: Bibl: med: & inf: Lat: T. 1. p: 279.

Seitenstetten, Benediktinerstift, Cod. 107

[Rudolf Kapeller-Maximilian Pampichler]: Codicum Manuscriptorum Bibliothecae Seitenstettensis Tom. I (Cod. 1-200) (handschriftlich) [um 1800], 247.

13.

Laurentii Abb: Seitenstett: Schedula donat: 1395.

188a

Laurentii Abbatis Seitenstettensis Schedula donationis factae Joanni de Teya aō 1395. de quodam fundo claustrali ad dies vitae sub certis conditionibus. Incipit: "Wir lau„rencius von göts genaden appt". Agglu„tinata est asseri compacturae, temporum„que injuria magnopere detrita. Non du„bito, quin in Scriniis nostris servetur re„condita.

Cod: CVIII.

Chartat: Fol: Saec: 15.

A. S. 15.

1.

Socci Sermon: de Sanctis, et Festivitat:

1a – 167a

Socci Sermones de Sanctis, et Festivitati„bus per annum. Titulus est: "Incipiunt Sermones de Sanctis, et de Sumis festivita„tibus Xti magistri Soccii." De S. Andrea primus Sermo." Initium est: "Venite post me faciam vos &c: Mt IIII° Dicit Gregorius exponens verbum propositum". Ultimus Sermo est de Ss: Trinitate, in cujus calce apposuit scriptor: "Explicit Soccus de Sanctis et aliqualiter de tempore de prae„cipuis festivitatibus per manus Mathie Katzpeckh.

S 167

Seitenstetten, Benediktinerstift, Cod. 107

Österreichische Akademie der Wissenschaften, Institut für Mittelalterforschung, Abteilung Schrift- und Buchwesen: manuscripta.at - Mittelalterliche Handschriften in österreichischen Bibliotheken
Permalink: manuscripta.at/?ID=27444

Hill Museum & Manuscript Library, Saint John's University, Collegeville MN, USA - Online manuscript description:
OLIVER - Online manuscript description (HMML)